

*

Signa
amoris
divini,

exprimendum, quod sentio, quod pa-
tior, quod intra me experior. Atq; hæc
est illa vox Verbi æterni, & illius collo-
quium cum anima devota, juxta illud
Joh. 14. *Qui diligit me, ei manifestabo me
ipsum.* Breviter, quæcunq; hic sentiun-
tur & videntur, supra naturam sunt,
ipsaque a deo verba sunt ineffabilia, &
sunt verè vox intellectualis & menta-
lis. Discit autè hic devota anima Deum
rectè cognoscere & gustare: quæ co-
gnitio porro amorem gignit, amor au-
tem ardentissimum desiderium illo pe-
nitenti potius. Quippe hoc certissimum
charitatis signum est, si rem amatam
in solidum possidere, cum illa penitus
uniri, & in illam transmutari deside-
rat. Quod si contingat, (solet autem
contingere) animam hæc in momen-
to quasi experiri, annitatur oportet,
ut hoc cœlestis gaudij & gustus momē-
tū vocare reprehendere & iterare, seq;
cum dilecto unire possit. Et quia cœle-
stes istas voluptates & delicias visita-
tionum supernarum non nisi per ora-
tionem fas est captare, idcirco necesse
est ut ore & in Spiritu orare protinus
incipiat. Etenim hæc divinæ sapientiæ
methodus est, quæ sicut cætera omnia

Divina
Sapientia

pul-